



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


Lo
10
705



HARVARD
COLLEGE
LIBRARY







Jacobi, O. E.

L. 10. 7. 15.

DE
**SYNTAXI IN OVIDII TRISTIBUS
ET EPISTULIS EX PONTO
OBSERVATA.**

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM SCRIPSIT

ET

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES OBTINENDOS

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

UNIVERSITATE LITTERARUM ROSTOCHIENSI

PROPOSUIT

OTTO EDUARDUS JACOBI


PHILOS. DOCTOR.

LYCCAE 1870.

TYPIS SIEBERTIANIS.

L 510.705

1872, Feb. 27.
Gift of the
University of Rostock,
Germany.



VIRIS ILLUSTRISSIMIS

DR. JUL. MUENSTER,
HENR. DEMBOWSKI,
DIRECTORI ORPHANOTR. REGIONIOM.

DR. HENR. HOFFMANN,
PRAEC. COLLEGII FRIDERICIANI.

VIRIS OPTIME DE SE MERITIS

PIO GRATOQUE ANIMO

AUCTOR.

Quum omnes omnium temporum poetae a vinculis orationis prosae, quibus adstricti sunt, se liberare studuerunt, tum poetae latini praesertim quum graecis litteris aliquantum momenti tribui coeptum esset, ab usu vulgari in carminibus faciendis recedere conati maxima cum utilitate poesis hoc magis magisque adsumpserunt: quare minime mirum videtur, quod ex hac poetica licentia non solum praecepta grammaticorum non observare, sed etiam Graecos imitari poetae maxime qui temporibus Augusti vixerunt, ausi sunt. Quis enim, qui Ovidii carmina attentius perlegerit, eum in tractando sermone liberius versatum contra romanum morem Graecos quum multis in aliis rebus tum in connectendis enunciationibus imitatum esse nescit? Quamquam a multis ¹⁾ quaestiones de poetarum latinorum syntaxi jam tractatae sunt, neminem scio, qui omne studium posuerit in Ovidii syntactico usu cognoscendo. Quum igitur operae pretium me facturum esse arbitrer, nunc mihi liceat illustrare, quid Ovidio in carminibus, quae in exilio composuit, proprium sit. In quo ne a divisione, quam grammatici instituerunt, recedam, primum de usu generis, numeri, personae, tum de casibus, tum de temporibus verbi, deinde de ceteris orationis partibus, id est de pronomibus, adjectivis, adverbis, denique de collocatione verborum, postremo de modis, si quid poetae peculiare sit, quaerendum mihi erit.

¹⁾ ut a Merquet: De usu syntactico infinitivi latini maxime poetico; ab Ottone de Golenski: de infinitivi apud poetas latinos usu; a Kübler: de infinitivo apud Romanorum poetas a nominibus apto.

§. 1. De constructione generis, numeri, personae.

Cetera quidem praecepta, quae ad convenientiam subiecti et praedicati pertinent, Ovidium observasse intellexi: sed quum Reisigius²⁾ vocabula „uterque, quisque“ plurali cum numero quamquam logice licuerit, tamen a poetis tantum et scriptoribus, qui orationi poetarum simili studuerint, hoc fieri censeat: quod in carminibus, quae in exilio scripta sunt, illa vocabula nonnullis locis plurali numero juncta inveniuntur, quem usum Ovidius secutus sit, disserendum puto. Comparanti mihi singulos locos, quibus plurali numero Ovidius utitur, illa vocabula ad primam vel secundam personam respicientia cum illo numero conjuncta occurrunt, id quod non fieri non poterat, ut. e. P. II. 5, 66 cultor uterque sumus II. 9, 21 quod uterque rogati — ferre soletis II. 9, 64 cultor uterque sumus IV. 12, 21 quod habemus uterque. Tr. I. 2, 60 utraque sistite turba. e. P. I. 10, 44 vestros quisque rogate II. 10, 18 quisque sequamur iter. Tr. V. 3, 48 quisque rogate.

neque tertiam personam significantia, ut haec exempla declarabunt:

e. p. III. 2, 34. vivit uterque III. 2, 86 pugnat uterque IV. 8, 76 venit nervus uterque IV. 9, 109 stat uterque I. 4, 30 utraque terra tremit III. 9, 36 tempus utrumque est. I. 2, 148 venit quisque I. 5, 35 est cupidus quisque II. 3, 17 quisque amat III. 9, 8 quisque probet IV. 1, 2 quod fecit quisque.

Huc referendum videtur, quod a vulgari sermone plane discrepat, quum Ovidius senem quendam dicentem facit, Orestem et Pyladem juvenes litora Scythica suo-pede pressisse. Legimus enim e. P. III. 2, 68-

Cum duo velifera juvenes venere carina
presseruntque suo litora nostra pede.³⁾

Contrarium Ovidius e. P. III. 4, 91 sibi sumpsit, ubi nomini singularis numeri appositionem pluralis numeri adjecit. Dicit enim

²⁾ Vorles. ũ. lat. Spr. §. 191 p. 324.

³⁾ Suspicio, quam numerus singulari, movit, sublata videtur, si pro „suo-pede“ legitur „sua-rate.“

Nec mea verba legis, qui sum submotus ad Histrum
non bene pacatis flumina pota Getis.

Nec minus audaci appositionis genere, quo regio quam
qui incolunt pro ipsis ponitur incolis nullo alio loco Bernh.
Dinterus⁴⁾ Ovidium usum esse censet, nisi in his versibus
e. P. I. 2, 77. 78.

Nec vacat, in qua sint positi regione Tomitae
quaerere, finitimo vix loca nota Getae

Eundem tamen in morem pergit in sequentibus versibus,
ubi enumerantur Sauromatae Jazyges
cultaque Oresteae Taurica terra deae
quaeque aliae gentes, ubi e. q. s. Conferendus mihi vi-
detur hic insolentior usus cum eo scriptorum orationis prosae,
qui casibus obliquis nominum gentium pro finibus vel agro
gentium utuntur, ut „in Aeduis“ idem sibi vult atque „in
finibus, agro Aeduorum.“ Quare, quum vocabulum „Tomitae“
nihil aliud nisi agrum vel urbem Tomitarum i. e. Tomos
significari manifestum sit, mihi quidem illa appositio non ita
audax videtur.

Tum transitus a singulari ad pluralem numerum in ea-
dem sententia imprimis apud Ovidium frequens est, ut Tr.
IV. 6, 40 nostroque a corpore — auguror V. 1, 47
nostri quid agant — — Tibia convenit ista meis V. 2, 3
valeo corpusque — — quod — — nobis V. 2, 77 quod
petimus⁵⁾, — — neque recuso V. 12, 33 nobis sumta
tabella est Inque suos volui cogere verba pedes 13, 17. 18
nostra querela — non meminisse mei — — et passim.

§. 2. De casuum peculiari usu.

1. De accusativo.

Quum accusativi vis ac ratio sit, ut relatio quaedam ad
aliquid fiat⁶⁾, saepissime accusativo praedicatum, quod dici-

⁴⁾ Progr. Grimm. I. p. 33.

⁵⁾ Lectionem Merkelii recepi, qui ad. h. l. adnotat: pe-
titur duo (manusc.), non recte ab Heinsio probati. Vide
ejusdem annot. ad v. III. 3, 7. Frequentissima numeri ista
inaequalitas est apud poetas, notissima etiam librorum
ista vulgarium sectantium libido.

⁶⁾ Reis. §. 380.

tur accuratius et planius definitur. Quare non mirum videtur, quod nonnulla adjectiva casu accusativi, ut „multum nihil similia“ vel in prosa oratione alia apud poetas solos adverbiorum vicem gerunt, ut apud Ovidium tepidum e. P. II. 10, 43 ad Notus adverso tepidum, qui spirat ab axe.

extremum Tr. I. 3, 15 alloquor extremum — amicos aeternum Tr. V. 3, 41 sic micet aeternum.⁷⁾

Tum non exiguus verborum numerus est, qui accusativum ejusmodi regunt. Nam ut plenius ac planius explicem, vim et potestatem absolutam, quae dicitur, in cognatam activam commutant, quo fit, ut vi hujus significationis casum activorum recipiant, ut

clamo cujus proprietates primitiva est „vocem edo“: at nonnunquam hanc significationem in cognatam activam inflectens par est verbo vocandi, ut e. P. I. 2, 31 vos quoque felices, quarum clamantia fratrem — velavit — — ora.

triumphare e. P. II. 2, 73 adde triumphatos modo Poenos cf. Hor. c. III. 3, 43 triumphatis Medis Tac. Germ. 37, 9 triumphati magis, quam victi.

regnare e. P. IV. 15, 15 regnataque terra Philippo. cfr. Hor. c. II. 6, 11 III. 29, 27.

vigilare Tr. II. 11 hoc pretium curae vigilatorumque.

tremere, quod ut in numero eorum ponendum est, quae affectum quandam significantia accusativo junguntur, ut doleo lugeo similia, sic non modo a scriptoribus, qui argentea aetate vixerunt, nunquam, sed etiam a poetis rarius cum accusativo conjunctum invenitur. Unum locum, quo ei vis verbi timendi subjecta est, in carminibus, de quibus quaestionem institimus, repperi; et quidem in e. P. I. 4, 29 quem solis ab ortu Solis ad occasus utraque terra tremit cf. Met. II. 519 offensam Junonem — tremat. Verg. Aen. VIII. 296, Hor. Carm. III. 21, 19.

esurio e. P. I. 10, 9. 10 quod mare, — — — quod educat aer Nil ibi quod nobis esuriatur, erit.

manere Tr. III. 4, 26 fortunam debet quisque manere suam.

ludere Tr. II. 537 hic — teneros ignes — luserat III. 1, 7 quod — male lusit V. 1, 7 laeta et juvenilia lusit.

⁷⁾ Haase ad Reis. p. 684 An. 555.

saltare Tr. II. 519 et mea sunt populo saltata poemata saepe.

Plane contrarium usum apud Ovidium animadvertimus quum verba transitiva, quibus casum accusativum adjungi necesse est, aut intransitivo aut reflexivo sensu usurpantur, ut ducere e. P. I. 3, 20 cernis ut e molli sanguis pulmone remissus Ad Stygias — ducat aquas. cf. Met. III. 602 IV. 437.

movere e. P. II. 3, 13. 14 Ipse decor — non movet, nos dicimus „Eindruck machen“, qua in significatione hoc verbum vel in prosa oratione invenitur, neque tamen persona, quae movetur, omissa. Huc referenda est nonnullarum editionum lectio in v. e. P. I. 4, 10 vixque movente manu: sed Otto Korn ex optimis codicibus Guelferb. Argent. „vix que coacta manu“ recepit.

Ex illo liberiore usu accusativi, quem supra ostendi, natura accusativi graeci, quo maxime poetae Graecos imitantes usi sunt, repetenda est, cujus rei haec exempla ex Ovidio afferam:

evinctus e. P. III. 2, 72 Protinus — ducuntur evincti geminas ad sua terga manus.

comptus e. P. III. 2, 16 nec bene dispositas comptus ut ante comas.

percussus Tr. IV. 2, 5 collum percussa.

Si constructio activa verborum constructione passiva commutatur, quamquam solum accusativum in nominativum transferri nemo est, qui nesciat, tamen rarissime fit, ut poetae ad Graecorum morem dativum quoque nominativo commutent ut in carminibus, quae tracto, credor vel creditur aliquis nonnullis in versibus legitur pro, creditur mihi vel alicui, quod dici debebat; et quidem haec sunt exempla: Tr. III. 11, 35 vix equidem credar III. 12, 73 ego fingere credar. cf. Ter. Eun. 17, 5, 21 nunc condonabitur. Hor. A. P. 56. invideor⁹⁾

2. De dativo.

Quum dativi casus omnino id significat, ad quod res efficiens refertur, multae notiones et dativo et praeposi-

⁹⁾ Vide Reis §. 389 et Haase ad Reis. An. 562 p. 698.

tioni „in“ vel „ad“ junguntur et quidem dativum poetae ab obsoleta consuetudine sumpsisse videntur; sic ut exemplum ex carminibus, quae tracto, afferam, comparativus „proprior“ in e. P. I. 2, 128

ut proprior patriae sit fuga nostra
post se dativum admittit, quamquam in prosa oratione accusativum regit.¹⁰⁾

Tum specialis significatio, quae ex illa generali exoritur, est dativi commodi vel incommodi, ut e. P. I. 1, 48 locum date ferenti non mihi, sed magno poscitur ille deo III. 1, 29. 30 non igitur mirum — altera si nobis usque rogatur humus. IV. 9, 38 quaeque mihi capitur — voluptas Tunc oculis etiam percipienda foret. Neque tamen Haasio¹¹⁾ assentiar, quum dativos, qui verbis passivis connectuntur, tales intellegendos esse dicit; immo accedam ad sententiam Madvigii, qui dativum interdum pro praepositione a c. ablativo personae, a qua quid agitur, positum esse putat¹²⁾; ita sane ut in prosa oratione commodum vel incommodum fieri declaretur, sed apud poetas hac significatione neglecta pro praep. „a“ usurpetur; cujus rei haec plurima exempla inveni: e. P. I. 2, 119 non tibi — rogabitur. 5, 44 nobis habetur II. 2, 34 ut timeare mihi III. 4, 92 pacatis flumina pota Getis 7, 14 tibi sentiri sarcina nulla potest 9, 39 vix audior ulli IV. 2, 47 cui bibitur Aonius fons 4, 20 templaque — tibi — adiri 5, 9 domus nobis petatur 6, 37 quae tibi limantur 12, 22 non mihi, quam fratri amate. Tr. I. 1, 127 nobis habitabitur orbis 5, 29 nec noscitur ulli 6, 1. 2 Clario Lyde dilecta poetae — Coe Battis amata suo est II. 193 tibi sint fugati 327 mihi — aratur 370 pueris virginibusque legi 376 multis una petita procis 427 lascivo cantata est — Catullo V. 1, 75 mihi captatur gloria 2, 2 tibi — solvitur 5, 7 mihi sumitur 10, 37 non intellegor ulli.

Item ex illa dativi ratione generali, quam supra commemoravi, proficisci videtur, si dativum adsciscunt adjectiva quae significant:

¹⁰⁾ Reis. §. 367 p. 660.

¹¹⁾ ad Reis. An. 551 p. 680.

¹²⁾ Madv. Lat. Spr. §. 250.

1. similitudinem.

In quo praecipue adjectivum „similis“ commemorandum est. Multum a multis grammaticis omnium temporum de constructione illius adjectivi disputatum est. Utut est, quae ab Haasio¹⁸⁾ explicata sunt, quamquam maxime probabilia mihi videntur, tamen quum de usu illius adjectivi in carminibus Ovidii, quae in exilio confecta sunt, quaeramus, quod discrimen Haase l. c. affert, id ab Ovidio non observatum esse intellegimus. Nam adjectivis similis, dissimilis, adsimilis nullum alium casum, nisi dativum adjectum inveniemus, quamvis ex illo praecepto genetivum usurpari necesse fuerit; et quidem legimus e. P. I. 2, 84 fratribus adsimilis II. 8, 31 perque tibi similem — natum II. 11, 17 ne dissimilis tibi sit probitate.

2. diversitatem

praeposterus Tr. I. 8, 5 omnia naturae praepostera legibus ibunt.

3. Adhaeret aliis quoque vocabulis tertius is casus, quae observare operae videtur pretium, ut

simul Tr. V. 10, 29 quippe simul nobis discrimine nullo Barbarus.

3. De genetivo.

Illud confitendum est, rationem genetivi latius patere, quam qua, ut vulgo dicitur, nomen aliquid accuratiorem definitionem accipiat. Revera enim genetivus nihil aliud denotat, nisi subjectum aliquod cum praedicato cogitatione esse conjunctum et in breve contractum. Qua ex significatione multiplici ratione nominibus et verbis genetivus jungitur et quantum ex Ovidii carminibus, in quibus versatur haec disputatio, cognosci potest, inprimis structura adjectivorum commemoranda est. Quamquam enim nemo est, qui nesciat, etiam apud scriptores prosae orationis adjectiva genetivos regentia latissime patere, tamen apud poetas non desunt, quae ab usu vulgari abhorrentia ad exemplum Graecorum genetivum recipiant. Nos singula, quae instituto nostro servire videbuntur, excutiemus et quantum poterimus in certas classes illa adjectiva distribuemus.

¹⁸⁾ Haase ad Reis. An. 550 p. 673 seqq.

1. Adject. incuriae, negligentiae
securus Tr. I. 1, 49 denique securus famae.

2. Ignorantiae, imperitiae
incertus Tr. III. 3, 4 incertusque meae — salutis
dubius Tr. III. 3, 25 ego sum vitae dubius cf. Fast.
6, 572. Met. 15, 438.

3. Alia quaedam adjectiva
fugax Tr. III. 2, 9 quique fugax rerum IV. 10, 38
sollicitaeque fugax ambitionis eram.
impatiens Tr. III. 2, 10 impatiens laborum.
aeger Tr. V. 13, 3 Aeger - mentis
grandior Tr. IV. 10, 43 saepe suas volucres legit
mihi grandior aevo.
dignus¹⁴⁾ Tr. IV. 3, 57 Utque probae dignum est.

4. De ablativo.

Ablativi primitiva vis ac potestas ita fere constituenda est, ut unde aliquid fiat vel factum sit, indicet.

Primum ex hac generali ratione proficiscitur specialis, quae intercedit inter causam et eventum. Ovidii tamen imprimis est propria oratio pro solo ablativo causae, qui dicitur, praepositionem *ab* adjectivis addere, ut haec exempla docebunt: Tr. I. 2, 29 gelidus Boreas ab Arcto II. 255 doctior-ab omni carmine IV. 3. 36 a nostris-triste malis 4, 76 *ab*¹⁵⁾ alterius funere moestus erat 10, 16 ad insignes ab arte viros.

¹⁴⁾ ad h. l. Heins. adn. „Probae plurimi (Cod.) ex castigatioribus. optime. regit enim ea vox non secundum minus quam sextum casum.“

¹⁵⁾ Merkelii lectionem recepi contra auctoritatem Heinsii, qui *ob* alterius funera legi vult. Sed videamus, quid Merkelius ad h. l. dicat: „ob alterius funera Hamburg. Strozz. Francof. Reg. Rel. Berol., tum Moret pro var. scr. Hamburgensem fortasse pro Francofurtano laudavit Heinsius. Quidquid id sit rei, scriptura futilis est. Moestus ob aliquid nescio quomodo tanquam inusitatum offendere videtur; alterum certe habes supra III. 3, 36 et sententia Ovidio digna illa demum est, moestum utrumque fuisse, quod ipse funus alterius comitaretur, in funere iret (vide supra ad I. 2, 28) non ob funera, h. e. propter mortem, quod versu priori dicitur.“

Altera ablativi significatio, quae ex illa quoque primitiva vi emanat, intercedit inter instrumentum et rem effectam. Cujusmodi ablativi, quamquam si homines sunt instrumentum, Latinos non absoluto ablativo, sed praepositione ab usos esse nemo nescit, tamen apud poetas solos exempla inveniuntur; ut apud Ovidium haec legimus: e. P. III. 1, 1 aequor Jasonio pulsatum remige IV. 9, 82 quam vicino terrear hoste roga. Tr. IV. 2, 35 illo — mactata ministro cf. Hor. c. I. 6, 2 ep. I. 1, 94 sat. II. 1, 84.

Contra ea praepositionem ab invenimus, ubi in oratione pedestri ablativus instrumenti qui dicitur vel praepositio per ponitur¹⁶⁾, ut e. P. I. 2, 52 pejor ab admonita fit status I. 2, 108 a Scythica — premantur humo 5, 83 sterili cum sim deceptus ab arvo III. 1, 51 notior factus est a fulminis ictu IV. 4, 24 pulsus — a sacro mense erit IV. 14, 18 plectar ab ingenio. Tr. II. 28 fiat ab ingenio mollior II. 462 fallere ab arte IV. 2, 41 viridi male tectus ab ulva 3, 30 ab axe rapi.

Deinde si illa generalis ablativi ratio ad locum refertur, significatur

1) locus unde quid proficiscatur, ut omnino non mirum videatur, quod apud Ovidium et alios poetas non desunt verba, quae quamquam in prosa oratione cum praepositionibus ex a, de junguntur, solum ablativum recipiant; ut:

venire e. P. III. 2, 79 qua vos tamen urbe venitis? — quem ablativum apud poetas nonnunquam legi Madvigius¹⁷⁾ docet.

abire Tr. III. 5, 20 pectoribus — non abitura meis

mittere Tr. V. 12, 25 inter carceribus missos — equos.

surgere Tr. III. 4, 18 ut tacta surgere possit humo.

manare Tr. III. 6, 19 nostro — imber Lumine manat.

exire quod quamquam ut omnia verba discedendi ab aliquo loco cum praep. ex ab de conjungendum erat, tamen ab Ovidio et cum solo ablativo, quod rarissime fit¹⁸⁾, ut e. P. III. 1, 180 exeat adversa ne tua navis aqua —

¹⁶⁾ Madv. Lat. Spr. 254 An. 2.

¹⁷⁾ Lat. Spr. §. 275 An. 3.

¹⁸⁾ Madv. Lat. Spr. §. 262 An.

et cum praep. ex ab eodem poeta dicitur, ut e. P. IV. 9, 94 exeat e Stygiis aquis.

distare e. P. III. 2, 45. 46 est locus in Scythia, qui Getica — non — distat humo. Tr. V. 13, 34 meis distent ut tua fata.

2 et ubi quid factum sit. In quo non omittendum est in oratione soluta nonnullis substantivis exceptis, ut locus regio pars, si interrogatur, ubi aliquid sit vel factum sit praepos. „in“ ponendam esse, poetis solis ablativum usurpare licitum esse: cujus generis permulta exempla commemoranda sunt et haec quidem: e. P. I. 3, 52 non salices ripa, robora monte II. 1, 34 pectore habet II. 2, 8 urbe licet vestra esse III. 1, 21 silvis remotis potat III. 1, 59 scena spectabere magna III. 5, 8 dicta verba foro IV. 4, 11 spatiaris harena 4, 32 aluit campis — suis 9, 31 media sedet aede 14, 43 quam pectore candidus. Tr. I. 1, 73 sedibus illis 3, 31 habitantia sedibus 3, 92 media — domo 8, 37 placida urbe II. 289 steterit Jovis aede 297 Isidis aede sedens V. 1, 11 jacens ripa 4, 9 aperto prato.

Eadem de causa nonnulla verba in ep. e. P. cum ablativo pro praepos. in conjuncta inveniuntur, ut

deponere e. P. III. 2, 64 creditur his Phoebe deposuisse locis

abdere e. P. I. 1, 4 dumque aliquo, quolibet abde loco residere saxove resedit pastor.¹⁹⁾

Priusquam totam quaestionem de ablativi usu peculiari ad finem perduco, hoc adjiciam, poetam haud raro ablativum a comparativo aptum fecisse et ubi pro quam cum accusativo objecti positus sit, ut Tr. II. 183 quamvis majora petitis Credibile est — dedisse deos IV. 1, 66 vera sed graviora fide — — et ubi scriptores orationis prosae particula pro vel simili forma dicendi uti soleant. Tamen ut planius intellegatur, quid sentiam, exempla afferam. Legimus e. P. I. 2, 74 haec est caelesti pectore cura minor — — illud hoc sibi vult „quam pro pectore caelesti.“ Item legi-

¹⁹⁾ Hanc constructionem poetis solis licitam esse Reis. §. 409 p. 426 putat.

tur e. P. I. 2, 98 paene etiam merito parcior ira meo est — h. e. „quam pro merito“. e. P. 10, 37 saepe dies sermone minor fuit III. 3, 71 non gravior merito vindicis ira fuit.²⁰⁾

§. 3. De temporum usu peculiari.

Quamquam Ovidium a vulgari dicendi ratione in usurpandis temporibus non multum discessisse constat tamen nonnunquam infinitivum perfecti pro infinitivo praesentis positum invenimus, partim nulla alia de causa nisi metrorum ratione, ut e. P. III. 6, 35. 36 adde quod extinctos — — Nulla potest iterum restituuisse dies, — — ubi orationis contextus infinit. praes. postulat: sed quum ad rem metricam spectemus, infinit. restituere neque ad versum hexametrum neque ad pentametrum idoneum esse perspicuum est. Idem accidit in v. Tr. I. 1, 50 nec tibi sit lecto displicuisse pudor.²¹⁾

partim infinit. perf. pro infinit. praes. ἀορίστως positum esse dicunt. Nam ut apud Graecos aoristi etiam praesentis habent significationem atque illi aoristis infinit. pro praesenti non raro utuntur, sic poetae quoque latini praeteritum infinitivi frequentissime pro praesenti usurparunt, quum absoluta aliqua res aut unius rei repetitio indicatur. Ex quo genere haec sunt exempla: e. P. II. 16, 39 seqq.

Est aliquid casus pariter timuisse marinos
iunctaque ad aequoreos vota tulisse deos

et modo res egisse simul, modo versus

----- referre jocos

e. P. I. 7, 62 sic est fortunae promeruisse tuae? Tr. I. 5, 4 ausus es alloquio sustinuisse tuo IV. 2, 2 flexo succubuisse genu IV. 8, 52 emeruisse virum.²²⁾

²⁰⁾ Vide progr. Grim. 1858 p. 33 ubi auctor etiam compluria exempla ex Ovidii carminibus affert.

²¹⁾ Vide Reis. §. 290.

²²⁾ Notavit hoc Servius ad illud Verg. VI. 78 excussisse deum. „Excussisse, inquit, pro excutere, tempus pro tem-

Sed non solum infinit. perf., verum etiam perfect. indicativi ad modum graeci aoristi, ubi ex vulgari dicendi ratione plusquamperfectum poneretur, invenimus; ut Tr. V. 2, 16

Telephus aeterna consumptas tabe perisset

Si non, quae nocuit, dextra tulisset opem.

Tr. II. 97 me miserum, potui, si non — nocerent.

Interdum plusquamperfectum pro imperfecto a poetis dici Madvigius²³⁾ putat, ejusque sententiae ex ep. e. P. hoc exemplum affert: III. 3, 37 nec satis hoc fuerat: stulto quoque carmine feci.

Nonnunquam apud Ovidium plusquamperfectum legimus, ubi ex communi usu temporum perfectum expectemus, ut Tr. III. 12, 25 non sum, qui fueram. V. 5, 3 sic — Laertius egerat²⁴⁾ heros V. 12, 30 illi, qui fueram.

Tum foret, quod magis tempus futurum spectat et esset quum alii poetae tum Ovidius paene sine ullo discrimine ponunt, ut Tr. I. 5, 21 ut foret exemplum — Phoceus amoris 24 si — gloria nulla foret III. 4, 27 non foret orbis. e. P. I. 9, 18 ponendus si foret III. 6, 4 IV. 9, 22. 23. 38. 14. 62. 16. 5. 8.

Etiam in temporum consecutione Ovidium liberiolem esse nonnullis exemplis apparet, ut Tr. V. 13, 3 aeger — traxi, — — pars ne qua vacet V. 13, 15 pluribus accusum, fieri nisi posset.

§. 4. De ceteris orationis partibus.

1. De adjectivorum usu peculiari.

Adjectiva, quae in prosa oratione substantivis aut juncta aut attributa usurpantur, paullatim naturam substantivorum

pore. Est autem Attica figura, qua nos uti non convenit, ut ἀόριστος ponatur pro ἐπιστώσι, ut γράψαι pro γράφειν. Hac licentia utuntur poetae.

²³⁾ Lat. Spr. §. 338 An. 6.

²⁴⁾ Ad. h. l. Merkelius: In hoc versu Heinsianam correctionem [egerit] loco movimus, quamvis elegantem, sed ut libris nullis fultam, ita minime necessariam. Infra 8, 13 qui — negarat 12, 30 qui fueram Fast. 6, 13 viderat Met. 15, 101 suspenderat.

induunt: quum enim usitatum sit Graecis, ut adjectivo singulari neutrius generis pro substantivo utantur, dicantque τὸ δίκαιον pro δικαιοσύνη, Latini hoc primum imitati sunt in terminis a philosophis sumtis, deinde in aliis quoque idem locum habet; et quidem in plurali numero frequentius hoc fit, ut e. P. III. 6, 31 cum pereant acie fortissima quaeque.

Tunc sicut in oratione pedestri saepe fit, ut adjectiva pro adverbis ponantur²⁵⁾, ita poetae aliis quoque adjectivis pro adv. usi sunt, ut quid accuratius et clarius ante oculos proponeretur; et primum quidem adjectiva casu nominativo adverbiorum vice funguntur, ut e. P. I. 25 nec me — — furiosus confero I. 2, 7. 8 vereor ne — durus — legas IV. 8, 1 littera sera — huc tua pervenit. IV. 10, 34 siccus contempta nave viator eat. Tr. III. 2, 15 dubius jactabar 13, 33 sedulus accurram 13, 37 rarus ab Itala 13, 38 litora rarus in haec IV. 10, 138 plurimus — legor. V. 2, 52 tardus eas. — tum neutra adjectivorum casu accusativo adverbialiter ponuntur ut e. P. III. 10, 43 at Notus adverso tepidum qui spirat ab axe. Tr. I. 3, 15 alloquor extremum amicos. Tr. V. 3, 41 sic micet aeternum. Neutra enim adjectivorum genera usurpantur, si non solum qualis res sit indicandum est, sed exprimitur, quid ipsa re quasi efficiatur²⁶⁾.

Denique neutra adjectivorum inveniuntur, quae ellipsi quadam copulae esse tanquam loco totius enunciationis insequentibus particulis interrogativis adverbiorum locum teneant: cujus generis duo adjectiva primum ab Ovidio, tum a ceteris quoque poetis et scriptoribus, qui post eum scripserunt, videntur dicta esse, et quidem

ambiguum e. P. IV. 13, 29. 30 ambiguum nato dignior anne viro.

dubium e. P. III. 1, 18 qui potus dubium sistat alatne sitim IV. 7, 23 dubium posita melius defensa manune. Tr. IV. 4, 69 dubium pius an sceleratus Orestes.

Valde usum enallages, quae a grammaticis dicitur, Ovidio placuisse constat: quae enallage ita debet esse comparata ut ad utrumque nomen aequo jure adjectivum possit referri.

²⁵⁾ cf. Madv. Lat. Spr. 300 An.

²⁶⁾ cf. Dillenburger ad Hor. c. II. 12, 13.

Sic legimus e. P. II. 2, 11 nec nos Enceladi dementia castra secuti II. 8, 24 justaque vindictae supprime frena tuae II. 8, 40 Germania ante triumphantes — feratar equos. I. 10, 29 non — immodico contraxi damna Lyaeo III. 6, 27 Juppiter — temerario fulmina torquet IV. 9, 132 nomen mite parentis. Tr. I. 3, 16 per indignas — genas II. 389 fecit amor subitas volucres IV. 1, 101 manus demens IV. 2, 20 vincla captiva-cervice gerentes.

Nonnunquam adjectiva, quibus passiva significatio attribuenda est, ita posita invenimus, in quibus illa significatio cum activa commutata compareat: cujus rei in carminibus, de quibus agitur, haec exempla legi: e. P. II. 4, 23 non ego si biberes securae pocula Lethes — — —, ubi adjectivum „securus“, quod eum, qui sine cura est, significare solet, mihi quidem eum, qui curas non excitat, qui efficit, ut aliquis sine cura sit, indicare videtur, quod a contextu orationis activam significationem postulari puto. Quamquam quae de illo adjectivo sentiam, nescio an vera sint, tamen v. e. P. II. 7, 33 quae tibi si memori coner per scribere versu — — adjectivum „memor“ nisi active omnino non intellegi posse mihi videtur. Idem a Klotzio quoque in lex. sub voce „memor“ confirmatum inveni, ubi hujus significationis et alia compluria exempla ex Ovidio affert et nostrum.

2. De negatione.

Saepissime Ovidius ab usu vulgari discedens particulis negativis „non nec“ pro „ne neve“ usus est, ut praecipue cum imperativo: e. P. I. 9, 24 vive nec — nega II. 2, 7 perlege nec relega 2, 37 da precor — nec abde I. 2, 103 non petito III. 1, 89 nec mihi succense 2, 147 nec factum defende Tr. I. 1, 59 nec te venire puta II. 181 nec — immemor — tolle IV. 3, 16 non refer.

tum cum conjunctivo, qui loco imperativi dicitur: e. P. II. 6, 13 da lasso — nec pudeat IV. 10, 21 nec tu contuleris Tr. V. 14, 43 nec credideris.

denique cum conjunctivo, qui optativus appellatur, ut e. P. I. 2, 106 nec adimat 2, 108 nec premantur Tr. I. 1, 50 nec tibi sit pudor. e. P. I. 5, 28 atque utinam non nocuisset.

Zumptius quidem²⁷⁾ „utinam non“ non rarius quam „utinam ne“ legi, nec solum apud poetas sed etiam apud scriptores pedestres statuit. Quod quamquam ei credendum est, tamen negari non potest, tunc vocabulum non ad unum verbum, ut e. P. III. 1, 165 sint utinam mites solito tibi more tuasque non duris lacrimas vultibus aspiciant — non ad totam enunciationem referendum esse, quem usum vulgarem a poetis saepissime ob causas metricas negligi videmus: ut Tr. V. 1, 19 utinam — non²⁸⁾ essemus V. 7, 23 utinam vivat — et non moriatur.

Non desunt loci, ubi Ovidius non cum imperativo ponit, quamvis neu eodem sensu vel sequatur, ut Tr. I. 1, 5 nec velent — nec titulus notetur . . . neve liturarum pudeat, — vel praecedat, ut Tr. III. 5, 30, 31 neve negate — nec unquam rogetis.

Idem atque de vocabulo „utinam“ de „dummodo“ dici potest, quod modo cum negatione ne, quod usitatius est, modo quae est poetica licentia cum particula non conjunctum legimus, ut e. P. I. 1, 14 accipe quodcumque est, dummodo non sit amor III. 7, 39 dummodo non nobis hoc Caecaris ira negarit.

Praeterea quamquam ex usu vulgari vocabulum „non“ si cum particulis „et enim vero tamen“ conjungitur „neque“ sin cum particulis „quoque etiam“ „ne — quidem“ dici necesse erat, nisi forte negatio ad unum verbum refertur, tamen hoc discrimen ab Ovidio negligitur; legimus enim e. P. I. 1, 66 mors quoque non faciet I. 2, 97 tunc quoque nil fecit; — quibus in exemplis ex communi consuetudine dici debebat „ne mors quidem, ne tunc quidem“; item e. P. IV. 7, 14 non etiam proprio cognita Marte tibi III. 1, 87 sed non tamen invidiosa.

Insolita autem conjungendorum verborum ratio est, quum e. P. I. 1, 19.

„nec vos hoc vultis, sed nec prohibere potestis“
sed nec legimus pro eo, quod solet dici „neque tamen“;

²⁷⁾ Lat. gr. §. 571.

²⁸⁾ Merkel: utinam — nos non essemus; Heins.: „ne nos“ edidit.

ejus rei auctor illius program. Grim. usquam se alibi repperisse exemplum negat.²⁹⁾

Nunc quum de negatione quaero, quid Ovidio peculiare sit in conjungenda negatione cum aliis particulis, hic locus detur paucis exponendi, quem usum negationis, quae conjunctioni „si“ connectatur, Ovidius sequatur: in quo poeta tantum abest, ut sermonem vulgarem observet, ut etsi ad totam enunciationem negatio referenda est, „si non“ pro eo, quod solet dici, „nisi“ utatur: e. P. I. 7, 70 si non ferre doles II. 1, 65 inbuero Scythicas si non sagittas II. 6, 4 et si non liceat 10, 3 auctoris sui si non est anulus index III. 2, 108 si tu non esses Tr. I. 5, 20 si non infernas — adisset aquas 5, 23 si non cecidisset, - - - id quod de causis metricis plerumque factum esse perfacile intellegitur.

3. De particulis copulativis et disjunctivis.

Quarum ex numero praecipue iterata particula „que“ commemoranda est, qui usus quum vel a scriptoribus argenteae aetatis raro usurpatus videatur et quidem tantum ad conjungenda pronomina relativa, poetis jure peculiaris putatur³⁰⁾; cujus rei permulta exempla in carminibus, de quibus quaeritur, reperiuntur, quae iterata particula „que“ aut maxime contrarias aut simillimas res vel personas quam arctissime conjungi luculentissime demonstrant, ut e. P. I. 4, 25 leviorque minorque 7, 28 causaque faxque II. 2, 92 terraque — undaque 3, 10 statque caditque 5, 29 gravitasque nitorque 7, 71 corpusque animusque 9, 35 hominesque deosque III. 1, 160 horaque — auspiciumque I. 164 progeniemque piam participemque tori IV. 7, 33. 34 ferrumque locumque Saxaque 9, 69 Flaccoque tibi que 9, 107 natusque pius conjuxque sacerdos 15, 41. 42 teque meque Tr. I. 3, 27 hominumque canumque 5, 63 fidamque manum sociosque II. 23 genitorque — rectorque 23 matresque nurusque 89 vitamque — moresque 154 dantque negantque 562 teque tuosque III 2, 7 pelagoque terraque III. 3, 13 populisque

²⁹⁾ Progr. Grimm. 1858 p. 9.

³⁰⁾ cfr. Reis. §. 237. Madv. §. 454.

locisque 13, 5 puerique — hilaresque puellae IV. 1, 67 Bossosque Getasque V. 4, 43 memoremque piumque 7, 14 itque reditque.

Item a poetis solis particulam ve iteratam invenimus, ut e. P. I. 2, 63 sperove precorve IV. 12, 45 nolimve velimve Tr. I. 3, 97 nataeve meumve.

§. 5. De collocatione verborum.

Quamquam omnes poetas in collocandis verbis quam multis de aliis causis, tum maxime de metricis liberius versari necesse est, Ovidium omnibus praestitisse maxime in pentametro, cujus in altera parte spondei non admittantur, intellegimus. Nam ut a praepositionibus ordiar, non solum, quod scriptoribus orationis prosae permissum est, anastrophe utitur, maxime ubi praepositionem genetivus ex substantivo aptus sequitur, ut e. P. I. 1, 26 deos contra 2, 80 dura — terga per amnis 8, 61 quos inter II. 1, 50 te contra 9, 2 nomen in Eumolpi IV. 6, 6 tempus lustris transit in alterius 7, 35 te missa super 10, 57 quos inter 14, 15 talia — propter Tr. I. 6, 32 fervidas inter 9, 11 radios per 11, 15 mare — in Helles IV. 2, 47 hos super 4, 85 meam terram prope 7, 13 utero sub virginis V. 2, 75 flammis in Aetnae sed etiam maxima cum licentia praepositiones et inter substantiva adjectivaque ponuntur, ut e. P. I. 2, 13 hostibus in mediis IV. 16, 2 pellitos inter — Getas 13, 1 dubios inter memorande sodales Tr. I. 8, 16 ne tibi pro vili III. 5, 36 tempus in omne III. 13, 39 litora rarus in haec V. 2, 76 freta in alta 6, 7 fluctibus in mediis

et ita ab iis vocabulis quibus adjungi debebant sejunguntur, ut non modo unum verbum inter praep. et substantiva interjectum sit, ut e. P. I. 1, 52 ante sedere focus 1, 53 ob huic similem 3, 28 in tamen humano loco 6, 30 per sibi consueta — vias 8, 31 perque tibi similem natum III. 3, 46 ab ipse meo II. 8, 28 per nunquam surdos IV. 5, 22 de tanto dignis rebus 5, 24 de que parum noto officio 13, 44 per non vile tibi nomen Tr. IV. 4, 74 geminas ante cruenta fores 8, 11 inque securus patria V. 12, 25 inter carceribus

missos. — sed etiam compluria, ut e. P. I. 2, 150 ad sibi quisque deos 3, 49 orbis in extremi jaceo desertus harena 9, 14 concidit in domini procubuitque caput II. 1, 41 deque tropaeorum quod sol incenderit auro 2; 2 ad Euxini Naso sinistra freti 10, 1 ab impressae cognoscis imagine 11, 21 ad palmae per se cursurus honores IV. 9, 7 in domini subeat partes.

Praepositiones saepe priori loco a poetis omitti notum est: Tr. III. 2, 19 nec nostro parciior imber Lumine, de verna quam nive manat aqua.

Jam pergamus ad conjunctiones „et que nec sed nam namque quamquam ut cum etc. etc. quae quamquam primum locum enunciationis plerumque obtinent, saepissime ita trajiciuntur, ut unum vel compluria vocabula, quin etiam verba, quae reguntur, antecedant. Qui usus ut melius intellegatur, singulas conjunctiones deinceps proponere mihi liceat.

que quam conjunctionem maxime quum enunciationes adnectit, qua est vi enclitica, non primo vocabulo, id quod debebat, sed media in enunciatione cuius verbo agglutinari videmus, ut e. P. I. 4, 38 quas sequereturque vias 4, 53 sperato nunquam conloquioque frui 8, 56. adsueta illis adjiciamque minas V. 1, 6 fortunae verba dedique meae. III. 6, 48. IV. 6, 16. 8, 64. Tr. II. 244. Romanas erudiuntque nurus II. 331 in parvos sufficiamque modos 532 ingenio vires exiguasque IV. 1, 34 materiam culpae persequiturque IV. 1, 74. 10, 94. V. 10, 40.

et e. P. I. 4, 20 ante meum tempus cogit et esse 1, 24 doctus et 9, 53 diluit et IV. 9, 103 conveniens miseris haec et 15, 39 audiet et. Tr. I. 4, 10 adgemit et 5, 11 spiritus et 6, 31 si quid et II., 172 ponat et III. 2, 22 quidquid et IV. 6, 2 praebet et etc. etc.⁸¹⁾

sed e. P. IV. 8, 78 mixta sed 9, 124 contenti tacita sed Tr. I. 3, 50 ultima sed II, 81 esse sed 272 ille sed III. 2, 7 plurima sed III. 13, 54 hospitium poenae sed 8, 39 finge sed IV. 1, 66 vera sed 6, 43 corpore sed.

nec e. P. I. 1, 44 turpe nec III. 3, 104 grandius in-

⁸¹⁾ Particulam et trajici M. Hauptius in observ. crit. negat.

genio nec IV. 14, 34 intumuit rati nec. Tr. I. 5, 8 officium
nec II. 414 pulsus Aristides nec 466. III. 13, 24. 2, 12.
IV. 2, 62. V. 10, 8.

neque Tr. I. 9, 21 saeva neque admiror e. P. III. 1, 11
tu neque — tu neque.

aut Tr. I. 2, 55 aliqua aut sperare e. P. II. 9, 50 mi-
tibus aut studiis III. 3, 94 coeperunt sensus aut.

at Tr. V. 8, 4 exiget at

nam e. P. IV. 11, 9 nuncia nam 15, 25 erroris nam
namque e. P. III. 3, 99 nobile namque

ut Tr. II. 111 patrio dicatur ut aevo IV. 2, 10 per-
petuo terras ut e. P. I. 3, 83. 7, 19. II. 1, 7. I. 3, 172. 17.
1, 69. 71. III. 9, 3. IV. 15, 5. Tr. II. 209. 425 III. 8, 39
IV. 1, 31 etc. etc.

si Tr. I. 7, 28 nesciat his summam si III. 4, 30 cepisset
genitor si V. 2, 34 esset, quae debet, si 5, 60 implerent
venti si e. P. I. 4, 44 diminui si II. 1, 64 sufficere nostris
si I. 2, 116. III. 4, 4. 9, 6. 6, 47. IV. 4, 49. 12, 4. 15, 40

quum Tr. I. 11, 3 gelido tremere quum III. 10, 77 tam
late pateat quum IV. 10, 125 nam tulerint magnos quum
V. 12, 29 fuerim quum e. P. I. 6, 33 videat quum 9, 37 mul-
tos habeas quum II. 5, 9 missaque ab Euxino legeres quum
IV. 1, 11 quotiens alii quum.

ne e. P. II. 10, 8 exciderit tantum ne III. 1, 130 exeat
adversa ne Tr. I. 5, 38 hac offendatur ne.

ubi Tr. IV. 1, 75 nam dedit e specula custos ubi e.
P. II. 9, 59 tempore sic data sunt studiis ubi.

quod e. P. I. 8, 26 accedant nostris saeva quod e. P.
IV. 3, 24 coepi quod Tr. II. 5, 56 nempe fuit misero nupta
quod 8, 10 imposito calcas quod.

quamvis Tr. II. 117 quo videar quamvis V. 7, 11 mi-
sta sit haec quamvis.

quin e. P. IV. 1, 7 esset quin grata III. 3, 95 faveas
quin his.

ni e. P. III. 1, 48 quae debet fuerit ni tibi notus.

quoniam e. P. IV. 7, 1 missus es Euxinas quoniam,
Vestalis, ad undas.

postquam e. P. III. 2, 97 fabula narrata est postquam vulgaris ab illo.⁸²⁾

Tum saepe particulae „que ne ve“ non ei vocabulo adhaerent, quod superioribus addendum est, ut e. P. II. 2, 113 sed placidus facilisque parens veniaeque paratus — — — pro eo, quod dici debebat „paratusque veniae.“ IV. 3, 42 praetextam fasces adjiciamque tuos — — — pro „praetextam fascesque adjiciam.“

Deinde particula „que“ quod orationi prosae omnino non licet, ab Ovidio in carminibus, quae tractamus, his praepositioni „a“ adjecta est: e. P. I. 8, 33 aque domo I. 9, 48 aque tuis.

Quod ad collocationem pronominum pertinet, Ovidium lubentissime haec duas primas syllabas penultimi pedis hexametri aut pentametri tenentia fecisse, si, ut innumerabilia exempla omittam, pronomen ipse attulero, intellegetur; et quidem ex Tristium libris exempla ponam: I. 2, 32 ipsa malis 68 ipse feret 3, 12 ipse suae 13, ipse removit 17 ipsa tenebat 55 ipse fefelli 5, 74 ipse fui 8, 32 ipse tua 11, 17 ipse trementi II. 2 ipse meo 134 ipse tuas 368 ipse tuas 430 ipse suum III. 1, 74 ipse fugam 3, 88 ipse. Vale! 4, 13 ipse fuissem 3, 8 ipsa modo IV. 4, 8 ipse tuis 10, 54 ipse fui 10, 62 ipse dedi V. 1, 10 ipse mei 2, 58 ipse tui 7, 65 ipse reduco 8, 4 ipse pati 12, 48 ipse meis 13, 2 ipse potest 14, 2 ipsa vides.

Nunc singula vocabula commemoranda sunt, quae non in suis locis collocata esse ex contextu orationis manifestum est: sic negatione post verbum vel post aliud vocabulum, ante quod ponenda erat, Ovidius perperam usus esse videtur, maxime in pentametro, ut e. P. II. 10, 8 exciderit tantum ne tibi cura mei III. 1, 155 suspicor hoc damno fore non tibi III. 2, 46 qui getica longe non ita distat humo IV. 1, 18 oblitus potero non tamen esse tui. IV. 10, 50 et nullo tardior amne — pro „non tardior ullo“ I. 3, 66 paene minus nullo Smyrna petenda loco.

⁸²⁾ de conjunctionum traiectione vide A. Tribukait: Observationes de conjunctionum apud poetas Latinos usu. Dissert. Regim.

vix e. P. I. 2, 14 qui possum vix graviora pati — pro „vix possum graviora pati“

parum e. P. III. 6, 3 at si cauta parum scripsisset dextra — — pro „at si parum cauta“

nimum Tr. II. 180 heu nimium misero cognita tela mihi IV. 1, 86 heu nimium fati tempora lenta mei — — pro „nimium cognita, n. lenta,“

quoque Tr. II. 21 motam quoque leniet iram — pro „leniet quoque“ quod ex ratione metrica dici non potuit. I. 3, 39 poenae quoque sentiat auctor pro „auctor quoque“ usque Tr. V. 3, 21 ad usque nivolum — — pro „usque ad nivolum.“

Nec pronomen quisque praetermittendum est, quippe quod loco mutato haud raro apud Ovidium vocabula, quibus postponendum erat, praecedat, ut his exemplis cognoscitur: e. P. I. 5, 35 cupidus studiorum quisque suorum II. 3, 17 quisque suos amat 5, 60 quisque sui II. 9, 36 quoque favente suis Tr. III. 4, 27 quisque manere suam 5, 18 nomine quemque suo.

Postquam intelleximus, quanta licentia Ovidius in collocandis vocabulis enunciationis simplicis, ut ita dicam, versatus sit, nunc exempla afferre nobis liceat, in quibus collocatio verborum adeo contorta est, ut vocabulum ex membro primario in medium adjectum membrum sit trajectum: id quod ab usu scriptorum maxime abhorreere nemo ignorat. Sed exempla docebunt: e. P. I. 1, 80 plus isto, duri, si precer, oris ero — — pro „plus isto si precer, duri oris ero“ I. 5, 79 quid tibi, si calida, prosit, laudere Syene IV. 6, 29 qui, quid valeat, ignoret, Marte forensi IV. 8, 19 sive velis, qui sint mores, inquirere, nostri. Tr. II. 273 discitur, innocuas ut agat, facundia, causas II. 243 sustulerit quare, quaeret, Erichthonium IV. I, 89 sed neque, cui recitem, quisquam est, mea carmina III. 6, 21, 23. IV. 5, 23. 6, 9.

§. 6. De modorum usu.

1. De indicativo.

Modus indicativi nihil aliud nisi quid esse aut factum esse significat: tamen duae potissimum conjunctiones, quae

qua sunt compositione, in oratione prosa conjunctivum recipere solent, non modo apud Ovidium ceterosque poetas, sed etiam apud scriptores aetatis argenteae, quae appellatur, cum indicativo conjunctae inveniuntur. Vetustate enim temporis natura et compositionis ratio, in his vocibus in oblivionem venit et vis ac potestas paulatim attenuata videtur. Altera, quae est quamvis, exceptis paucis locis (e. P. II. 10, 18 III. 7, 5 IV. 9, 21) indicativum recipit⁸⁹⁾ et quidem hunc modum in his versibus legimus: e. P. I. 1, 15 quamvis non est II. 2, 42 quamvis bona est II. 8, 76 justaque quamvis est III. 2, 95 quamvis abiere I. 6, 45 quamvis est IV. 6, 31 quamvis pugnare videntur Tr. I. 2, 11 quamvis distamus II. 555 quamvis defuit I. 1, 25. 116. III. 3, 79. 83. 7, 9. IV. 1, 35. 2, 26. 10, 113. V. 5, 13. 7, 6. 31. 9, 25.

altera conjunctio forsitan vel forsitan modo quod sermoni vulgari consentaneum est, conjunctivo ut e. P. I. 1, 5, 5, 65, 8, 69. III. 3, 33, 4, 28, 5, 23 etc. modo quod rarius poetis licitum est, indicativo juncta est, ut e. P. I. 1, 28 forsitan dignus habebor III. 4, 12 forsitan ante fuit IV. 1, 27 rogas forsitan IV. 13, 14 forsitan potest. Tr. II. 19 forsitan — — feret III. 3, 25 forsitan agis.

2. De conjunctivo

Contra ea, quae modo de usu indicativi dixi, pronomina indefinita „quicumque qualiscunque“ et conjunctio „sive vel seu, quae dicendi consuetudine cum indicativo conjunguntur, nonnunquam apud Ovidium conjunctivum recipiunt, non quod tenor orationis hunc modum requirat, sed pro liberiori aetatis argenteae usu. Legitur igitur conjunctivus in his locis: e. P. I. 3, 55 quocunque aspicias IV. 8, 17 seu genus excutias — sive velis IV. 15, 14 pars ego sim census quantulacunque Tr. I. 3, 21 quocunque aspiceres 7, 12 qualiacunque legas.

Ut in his exemplis Ovidium conjunctivo pro indicativo usum esse vidimus, ita idem modus pro infinitivo, qui in oratione soluta positus esse debebat, legentibus occurrit.

⁸⁹⁾ quo de usu poetico cfr. Reis. § 305. Madv. 361. An. 1.

Et primum quidem verbo jubendi quod si par est nostris verbis „befehlen heissen,“ rarius ita usurpatur⁸⁴⁾, conjunctivus adjunctus est versu e. P. III. 1, 141 nec rursus jubeo, dum sit vacuissima, quaeras.

tum verbo, cupiendi, quod etsi Haase⁸⁵⁾ et Zumpt in prosa oratione aureae aetatis conjunctioni ut jungi omnino negant, nihilo secius in ep. e. P. bis ita legitur: II. 5, 3 quae rata sit cupio III. 1, 35 cupias ut re potiaris.

Jam transeamus ad verba, quae quamquam conjunctiones ut vel ne recipere solent, cum solo conjunctivo conjuncta invenimus, quae est simplicior ratio dicendi:

efficere e. P. III. 3, 63 effice, sit nobis non implacabilis ira

optare Tr. I. 1, 29 et tacitus — optet, sit mea poena II. 57 optavi — peteres V. 2, 17 opto — levare velit

mando Tr. I. 1, 119 mando dicas V. 1, 71 mando-
leguntur

facio Tr. I. 1, 58 di facerent, possem nunc meus esse. III. 3, 65 facito — referantur V. 4, 13 di facerent talis status esset.

Quum de peculiari usu conjunctivi disseram, hic nonnullas conjunctiones commemorabo, quorum in usu Ovidius a sermone vulgari plane recessit, dico particulam interrogativam an et particulam conditionalem si.

Et priori quidem partic. an, quam aut in altero membro interrogationis disjunctivae aut post verba „scio nescio dubito“ similia „ob nicht“ significantem usurpari scimus, Ovidius in simplici quoque enunciatione interrogativa utitur, ubi in prosa oratione particula „num“ poni necesse erat; ut legimus e. P. III. 7, 12 qui legit has laudes, an mereare rogat IV. 3, 17 ille ego sum, qui nunc an vivam, perfide nescis.

Item particula „si“, id quod in sermone pedestri verbo tentandi permittitur, et ab aliis poetis et ab Ovi-

⁸⁴⁾ cf. Madv. §. 390. An. 2.

⁸⁵⁾ ad Reis. An. 485 p. 560. Zumpt. §. 613. An.

dio pro particula interrogativa „num“ ponitur, ut e. P. II. 7, 4

proxima subsequitur, quid agas audire voluptas
et si, quidquid agis, sit tibi cura mei.⁸⁶⁾

3. De imperativo

A poetis imperativo hisce „age, agite, en age“ adjunctis, vis adferri solet, ut apud Ovidum in v. e. P. IV. 3, 21 aut age dic — quae

Omnium poetarum proprium est, i nunc imperativis praeponere, ut ironia quaedam exprimatur, ut e. P. I. 3, 61 i nunc et veterum nobis exempla virorum — — refer. IV. 3, 53 i, bibe, dixissem, purgantes pectora sucos. Tr. I. 1, 57 i tamen et pro me tu — aspice Romam.

Praeterea poetae saepe imperativum aliis verbis, ut: „mittere, omittere parcere fugere“ explicant: Tr. III. 11; 32 parce — manes sollicitare meos.

Neque vero omittendum videtur, Ovidium, ubi conjunctivus ex vulgari ratione dicendi ponendus erat, saepius imperativo cum negatione conjuncto usum esse: quem usum Servius⁸⁷⁾ poeticum esse putat. Reisigius⁸⁸⁾ idem sentiens hunc usum, dummodo alter imperativus nulla praeposita negatione antecedit, in oratione quoque prosa inveniri addit. Quare excepta negatione exempla, quae proferam, non ita mira videbuntur: e. P. I. 9, 24 vive nec ignosci tu tibi posse nega. II. 2, 7 perlege nec relega 2, 37 da — nec — abde forem IV. 16, 48 desine neu cineres sparge. — illi sane loci notandi sunt, quibus nullo alio imperativo praecedente imperativus cum negatione conjunctus legitur, ut e. P. III. 1, 147 nec factum defende meum. Tr. I. 1, 59 nec te — puta II. 181 nec immemor tolle III. 1, 3 neve reformida 4, 76 neve negate IV. 4, 41 neve rumpe.⁸⁹⁾ —

⁸⁶⁾ Vide Madv. Lat. Spr. §. 462. d. §. 463. An. 2, 6.

⁸⁷⁾ ad Verg. VI. 544.

⁸⁸⁾ §. 333. p. 607.

⁸⁹⁾ Merkelii auctoritatem secutus sum. Heins. edidit: „neve rumpam“; quod non invenuste dictum esse Merkelius ad h. l. putat.

cujus constructionis loco quamquam scriptores secunda persona conjunctivi perfecti, vel ut alii volunt, futuri exacti uti inter omnes constat, tamen apud poetas praesentis quoque conjunctivi secundam personam invenimus, ut e. P. II. 16, 13 da lasso nec pudeat II. 9, 73 neve roges, quae sit Tr. I. 1, 116 ne quemquam ames.

Quin etiam Ovidius, quum certam quandam personam alloquitur, negatione non adhibita, conjunctivo praesentis utitur, ut e. P.

Tum tibi, di faciant adeundi copia fiat
profectura aliquid tum tua verba putes.⁴⁰⁾

4. De infinitivo.

Quanti momenti graeca elocutio ad latinam fuerit, optime ex usu insolentiore infinitivi cognoscitur, quem primum a poetis, quippe qui ante omnes imitati sint Graecos, tum etiam a scriptoribus, ut elocutionem ad brevitatem graecorum scriptorum referant, saepissime vulgari usu neglecto usurpatum esse quis ignorat?

I.

Ac primum quidem ut, quanta in licentia Ovidius versatus sit, nunc videamus, non raro fit, ut verba sentiendi declarandi similia, quae constructionem accusativi cum infinitivo recipere debebant, casu subjecti omissa soli infinitivo jungantur, ut e. P. I. 3, 86 seq.

nec tamen inficior, si possint nostra coire
vulnera, praeceptis posse coire tuis. —

manifestum est, pronomen ea omissum esse, quod ex enunciatione conditionali supplendum est. Similiter accusativus pronominis omissus est in his versibus: e. P. II. 4, 15 quod tu laudaras, populo placuisse putabam II. 2, 123 sic tamen haec templa, si non nocitura putabis — quocum versu conferendus est v. e. P. I. 7, 34 si tamen haec illi non nocitura putas IV. 3, 57. 58 quae tibi laeta videntur, fieri tristitia posse puta . . . pro „ea fieri tristitia posse“ II. 6, 24 turpe — fortunae cedere amicum, Et nisi sit felix, esse negare suum — pro „eum esse“ III. 3, 74 quidquid id est Non potes a culpa

⁴⁰⁾ Vide Mady. Lat. Spr. §. 385 etc.

dicere abesse tua. IV. 9, 99 illi me, quia velle vident, discedere malunt IV. 12, 6 qualis enim cunque est, non latet esse meam. Tr. I. 1, 14 de lacrimis factas sentiat esse. 2, 20—23 jam tacturos sidera — — putes; jam tactura Tartara putes I. 6, 34 si praeponendos esse putabis II. 72 laetum esse III. 8, 40 finge esse pares III. 6, 21 IV. 3, 17. 24 V. 4, 43. 9, 34. 16. 35. 12, 45.

II.

Tum verba non desunt, quae quamquam in prosa oratione nullam aliam constructionem nisi accusativi cum infinitivo recipere solent, usum Graecorum imitantia, quum idem subjectum enunciationi principali et adjuncto est, constr. nom. c. infinit. permittant: in quo tanta cum licentia poeta versatur, ut uni atque eidem verbo utramque constructionem subjungat, quod ut exemplum proferam, ex usu verbi fingendi luculentissime cognosci potest. Quum enim v. e. P. I. 5, 77 finge legi — finge placere — — constr. nom. c. inf. legitur, vv. I. 7, 21 IV. 9, 44 constructio acc. c. inf. usurpata est. Alia exempla, in quibus constr. nom. c. inf. pro accus. c. inf. posita est, haec sunt: e. P. I. 1, 51 vidi ego — numen violasse fatentem 3, 67 non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus 7, 70 si non ferre doles, at meminisse dole IV. 5 equidem peccasse fatebor 3, 19 simulasse fateris 5, 21 vitamque tibi debere fatetur 9, 20 gauderem non habuisse locum Tr. III. 13, 49 quae non vidisse dolebo IV. 46 ille nec iratos sentit habere deos IV. 3, 50 si turpe putas, mihi nupta videri V. 5, 63 fateor meruisse 10, 48 atque hic esse queror.

III.

Etiam majori licentia ab Ovidio infinitivus cum aliis verbis conjungitur, quae in pedestri sermone ita non construuntur: quo in usu explicando divisionem, quam Otto de Golenski⁴¹⁾ observavit, sequi mihi liceat.

⁴¹⁾ in dissertatione: de inf. ap. poet. lat. usu.

a. Verba volendi.

α) cum notione secum reputandi.

memini Tr. I. 1, 49 ire memento.

gaudeo e. P. V. 9, 20 gauderem — non habuisse.

probo e. P. III. 1, 125 femina sed princeps, in qua Fortuna videre se probat.

dignor Ib. 149 dignatus erit, supponere terrae corpus.

β) cum notione voluntatis.

precor e. P. I. 7, 6 qui precor esse tuus.

γ) cum notione contendendi.

paro Tr. I. 10, 47 parat — ire per arctas IV. 2, 7 dona promissa — — reddere — parant.

comparo Tr. II. 2, 67 urere tecta comparat.

nitor e. P. I. 3, 40 nititur in silvas redire suas III. 5, 34 ingenio nitor non periisse meo 5, 57 fato nitor prohibente reverti.

curo e. P. III. 9, 32 inque feris curem corrigere ille Getis.

quaero Tr. III. 5, 45 quaerenti pessumdare cuncta V. 4, 7 si quis cognoscere quaerit.

peto e. P. II. 3, 33 nisi non peccasse petentem.

laboro e. P. I. 3, 89 sed vereor ne me frustra servare labores.

luctor e. P. I. 5, 13 luctor deducere versum.

pugno e. P. III. 2, 86 inque vices pugnat uterque mori Ib. 18 naufragii tabulas pugnat habere mei.

consequor e. P. I. 5, 65 seq. si consequor, Inter in humanos esse poeta Getas.

opto Tr. III. 1, 66 quos suus optaret non genuisse parens

III. 9, 5 nunc ego jactandus optarem sumere pennas

IV. 8, 30 optabam placide vivere posse senex.

δ) cum notione celeritatis vel maturandi

festino Tr. I. 3, 52 vel quo festines ire.

ε) cum notione conatus.

tento Tr. III. 13, 8 illo tentasses ultimus esse mihi V. 3, 45

fectere tenta Caesareum numen e. P. II. 2, 50 ut me

defendere tentet IV. 15, 23 tenta lenire.

subit Tr. I. 7, 9 subeat tibi dicere forsā.

ζ) cum notione perseverandi.

persto e. P. I. 5, 34 persto condere semen humo.

b. Verba nolendi.

a) cum notione „non propensum esse“.

caveo e. P. III. 1, 139 caveque spem festinando praecipitare meam.

indignor Tr. IV. 10, 103 indignata malis mens est succumbere.

dedignor e. P. II. 2, 75 nec dedignata est — ferre pedem.

β) cum notione taedii.

timeo Tr. I. 1, 95 adire timentem 4, 23 timeoque repelli

e. P. I. 6, 22 tractari vulnera nostra timent III. 1, 119

adire times IV. 6, 13 jam timeo mandare salutem.

metuo e. P. I. 6, 3 metuasque — fateri IV. 15, 29 et metuo semperque eademque precari.

doleo e. P. I. 3, 67 non doluit-esse 7, 70. 71 si non ferre doles.

horreo e. P. II. 2, 28 nec petere — horret opem Tr. I. 1, 86 horret adire locum.

γ) cum notione negativae voluntatis.

nego e. P. III. 6, 19 Leucothoë nanti ferre negavit opem.

recuso Tr. V. 2, 77 neque enim miser esse recuso.

δ) cum notione negligendi.

parco Tr. I. 2, 2 solvere — parcite membra III. 3, 51 parce

tamen lacerare genas 11, 32 parce manes sollicitare

meos V. 9, 34 parce timere V. 11, 29 fortunam parce

gravare meam.

vito Tr. II. 5, 91 vitaeque summo jungere membra deo.

c. Verba, quibus notio facultatis est.

a) affirmativa.

scio Tr. II. 479 ut mage velle sequi sciat III. 12, 39 sive tamen Graeca scierit sive illa Latina voce loqui.

valeo Tr. III. 6, 18 seu ratio fatum vincere nulla valet 11, 22 minimae vires frangere — valent.

habeo e. P. III. 1, 82 nec te si cupiat laedere rumor habet.

Tr. I. 1, 123 plura quidem mandare tibi habebam.

sustineo Tr. III. 14, 31 ducere me tristi sustinuisse manu
 IV. 1, 87 ad sacra reverti Sustinet 4, 14 sustinet in
 nostro carmine legi 10, 47 V. 12, 15 e. P. l. 5, 18.
 est (= licet, ut graec. ἔσσι = ἔσσσι) Tr. l. 2, 110 fallere
 quos non est III. 4, 55 quae contingere non est. e. P.
 IV. 12, 43 peream, nisi discere vix est IV. 15, 25 vix
 est discernere.

β) negativa.

nescio e. P. l. 3, 23 tollere nodosam nescit medicina po-
 dagram.

d. Verba causativa.

α) positiva.

admoneo Tr. IV. 8, 51 admoniti este superos emeruisse
 virum.
 suadeo Tr. II. 314 cur meus liber — suadet amare IV. 10, 39
 et petere Aoniae suadebant — Sorores — V. 12, 43 an
 suades scribere.
 praecipio Tr. II. 363 Venerem confundere vino — prae-
 cepit — Musa.
 facio Tr. V. 9, 14 facis accepto munere posse frui e. P.
 II. 7, 76 ille etiam vires corpus habere facit.
 do Tr. l. 1, 34 sedibus in patriis det mihi posse mori 9, 1
 detur — tibi tangere metam II. 518 mimis scena licere
 dedit? III. 1, 23 di tibi dent — in patria vivere posse
 tua e. P. l. 8, 22 at tibi — detur — scepra tenere manu.
 permitto Tr. V. 1, 33 ipse Perilleo Phalaris permisit
 in aere edere mugitus e. P. l. 7, 63 quod si permittis
 nobis suadere IV. 2, 4 si modo permittis dicere vera.
 tribuo Tr. III. 5, 21 di tibi posse tuos tribuant defendere
 semper.

β) negativa.

arceo e. P. III. 3, 56 quam lex furtivos arcet habere viros.
 adimo e. P. l. 7, 47 ademit posse reverti.

IV.

Hactenus de eo usu infinitivi disseruimus, quo a verbis
 pendent: nunc ad eum transeamus, quo cum substantivis
 coniungatur. Exempla haec sunt:

- cura Tr. V. 7, 10 discere cura tibi est e. P. IV. 3, 18
 cura tibi de quo quaerere nulla fuit.
 animus e. P. II. 9, 55 utque tibi est animus — arma sumere
 et hostili tingere caede manum.
 voluptas e. P. II. 7, 3 subsequitur quid agas audire vo-
 luptas.
 impetus e. P. IV. 7, 30 at tibi venit in adversos impetus
 ire viros.
 timor Tr. I. 8, 12 afflictumque fuit tantus adire timor.
 labor Tr. II. 322 et pius est patriae facta referre labor:

V.

- Jam pergamus ad eum infinitivi usum, quo ab nominibus
 adjectivis pendet: qui usus frequentissimus apud poetas est:
 de quo quae Dillenburger Hor. c. l. 1, 18 sentiat, hic afferam:
 „Brevitatem graeci sermonis in conjungendis adjectivis et
 infinitivis felicissime in suum usum verterunt poetae latini.
 Nam quum adjectivorum notio saepe ita vaga sit atque in-
 certa, ut quo laudatae facultates referendae sint, magnum
 spatium cogitandi relinquatur, accedant necesse est termini
 quidam, ad quos pergere illa aut quibus coercere credantur.
 Qui quidem termini a poetis infinitivorum ope addantur;
 prosae orationis scriptores aut ad aut in particula utuntur.“
 Cujus constructionis exempla ex carminibus, de quibus quae-
 stionem instituimus, haec sunt:
 certus e. P. IV. 6, 9 certus eras pro me — loqui.
 contentus Tr. I. 10, 5 nec comites — contenta est — vin-
 cere.
 segnis Tr. V. 7, 19 non segnis dare vulnera.
 doctus e. P. II. 9, 57 ut es — jaculum torquere — collaque
 flectere doctus equi.
 potens Tr. III. 8, 15 ille potens pennasque tibi currusque
 volucres tradere.
 nescius e. P. II. 9, 45 sed quam Marte ferox et vinci
 nescius armis.
 dignus e. P. I. 5, 16 digna lini 3, 32 dare dignus II. 6, 30
 dignus habere III. 6, 31 mergi — digna Tr. II. 241
 digna legi III. 4, 43 decurrere — dignus et frui IV. 8, 14
 ponere dignus V. 10, 51 perdere — dignus.

VI.

Sed ut jam perorem, hoc unum adjiciam Ovidium saepius infinitivo subjecti et objecti loco usum esse, quod in prosa oratione non usitatum est.

a. Infinitivus subjecti locum tenet.

e. P. II. 6, 38 nec nocet admissio subdere calcar equo II. 9, 47 ingenuas didicisse fideliter artes III. 4, 75 si genus est mortis male vivere IV. 8, 81 prosit opemque ferat communia sacra tueri.

b. Infinitivus objecti locum tenet.

e. P. IV. 8, 6 meritum velle juvare voco.



